

15° Festum tituli cedit festo omnium Sanctorum, et primariis festis SS. Apostolorum Petri et Pauli, atque Nativitatis S. Joannis Baptistæ, nisi titulus majoris sit dignitatis, ut B. V. Maria, ubi ejus Visitatio (2 Julii) est titularis: quo casu octava Visitationis præfertur SS. Apostolorum octavæ. (Decret. 11 Martii 1820.)

16° Si titulus et Annuntiatio B. M. V. post octavam paschæ transferantur, celebratur Annuntiatio B. M. V. in feria secunda post dominicam in albis, et titularis ad primam diem non impeditam transfertur.

17° Infra octavas non privilegiatas fieri debet de duplice translatio, si adsit dies libera.

Semiduplex occurrens in die officii duplicis I classis habentis octavam, transfertur ad diem immediate sequentem, in qua agendum esset de octava. Quod privilegium retinet etiam semiduplex occurrens in dominica infra octavam, ut scilicet reponatur in feria secunda sequenti non impedita, etiam si reponendum esset duplex I classis prius translatum. (Decret. Aquen. 2 Septembbris 1741.)

18° Si festum titularis extra octavam accidentaliter transferatur, sine octava celebratur. (Rubr. c. 10. n. 1.) Si intra octavam transferatur, tunc celebrato festo, fit vel officium vel commemoratione octavæ usque ad diem octavam, quæ nunquam transfertur. Si in die octava transferatur, de eo nihil amplius fit.

Festum titularis fixe translatum, privilegium habet suam servandi octavam. (Decret. 12 Augusti 1854.)

19° Etsi festum titularis accidentaliter transferatur, non ideo ejus solemnitas transferri potest.

20° Indulgentia plenaria pro festo titularis, ejusdemque octava, omnibus parœciis Archidiœcesis Quebecensis concessa, a fidelibus lucrari non potest, nisi vel ipsa die dicti festi, si de præcepto celebretur, vel in dominica in qua vel occurrit, vel fit ejusdem solemnitas.

Sic intelligi debet S. C. de Prop. Fide indulatum datum Romæ 9 Martii 1856, (Recueil d'ordonnances, P. 170,) juxta decisionem datam a Rmo Episcopo Tloanensi, Archidiœcesis Quebecensis Administratore.

21° Sacerdos duabus ecclesiis adscriptus, de utriusque titulari officium recitare tenetur ritu I classis cum octava.

(S.
sac
in
Att
eccl
dece
2
auto
titu
2
tran
semi
(cu
Ves
rep
dee
2
cun
bre
vel
late